

DE XII. GEMMIS.

Sardius, tum Topazius, dein Smaragdus. Secundus ordo primam gemmam habet Carbunculum, secundam Sapphirum, tertiam Iaspidem. In tertio ordine sunt, prima Ligurius, secunda Acha-^{† Lynce-}tes, tertiam Amethystus. In quarto, pri-^{rium.}ma Chrysolithus, secunda Beryllus, tertiam^{† Onyx.} Onychium. Et istae quidem sunt XII. Gemmae, quae in Humerali (Epomide) sacerdotis sunt annexae, quarum tum discrimina tum loci sunt isti.

I.

Prima gemma, Sardius Babylonius dicta. Est verò forma ignea, & quae sanguinis colorem referat^{† Sardio} pisci sale condito & inueterato similis: qua de causa etiam Sardius dicitur, à forma (colore) nomine desumpto. Nascentur in Babylone Assyriorum. Pellucida est: & vim habet medendi ad tumores ac vulnera ferro inflata. Est & alia quae Sardonyx vocatur, & ^{† Molochites,} vim emolliendi steatomata habens. Eiusdem haec coloris est cum superiore, subuiri-